

absoluant, & illi statui innocentie restituat  
 qua sanctitas sua faceret: si ipsamet in con-  
 fessione auscultaret peccata. Et quod post  
 hac eadem auctoritate Apostolica omnibus  
 & singulis sanctam benedictionem imparti-  
 antur nomine Sanctitatis sue. Ita habetur in  
 Supplemento. Forma autem benedictionis  
 est huiusmodi. Auctoritate tibi concessa, &  
 mihi commissa, Ego te absoluo: & sic ple-  
 nariè illi statui innocentie restituo, quomo-  
 do Sanctitas Domini nostri Papæ faceret, si  
 ipsemet in Confessione tua peccata auscultat-  
 ret; eadem auctoritate Apostolica tibi sanctam  
 benedictionem Papalem impartior, in no-  
 mine Patris, & Filij &c. Ex fratre Emanue-  
 le, & ex Compendio, vbi supra.

37 ¶ Leo. 10. post Concilium Lateranense [vbi  
 multa privilegia fuerant restricta,] concessit  
 Generalibus, & eorum vices gerentibus, &  
 quibus ipsi specialiter commiserint, vt pos-  
 sint absolvere sibi subditos ab omnibus, & sin-  
 gulis casibus, & censuris, secundum declara-  
 tiones Sixti. 4. & Iulij. 2. & aliorum Roma-  
 norum Pontificum. Non obstantibus reuoca-  
 tionibus, & restrictionibus factis, & facien-  
 dis in posterum, ex Compendio verbo, Abso-  
 lutio